



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

BB. XXVI. Iapones MM. 5. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

pus ejus nunquam repertum sepulchro
caruisse. Nimirum, ut castitas ab An-
gelis, ita impuritas ne ab homine qui-
dem meretur tumulaxi. Ex Surio.

BB. XXVI. IAPONES MM.
5. Februarii.

NUllam Oriens tam nobilem, quam
Martyrum mittit purpuram. Eam
anno M. D. XCVII. sanguine suo Ia-
pones tinixerunt. VI erant supra XX.
qui Meaci auriculâ mulctati, Nanga-
saci in crucem acti ac lanceis sunt con-
fossi. Erant inter hos sex è D. Francisci,
tres è S. Ignatii familiâ; quorum con-
stantiam ex discipulis, iisq; pueris disce.
Tres erant sacerdotum nuper ad aram
ministri, nunc ad crucem socii, ipsi mox
futuri Sacerdotes & victimæ. Ex his
LVDOYICVS annorum XI. & emit-
tendus è vinculis, si fidem fecisset mis-
sam, respondit, nolle se stultum merca-
torem agere, & momentum immorta-
litate mutare; in loco supplicii suam
sibi crucem monstrari voluit, ad eamq;
velut ad cupidas cursu contendit. Cæ-
lo denique in cruce jam proprietor, oculi
totoque corpore gestiente, illuc vi-
debatur evolaturus, nisi vincula prohi-
buissent. Genuinus huic ANTONIUS
cantu invitavit ad mortem socios, &
Davidis verba (*Laudate pueri Dominum*)
melior cygnus insonuit. Idem omnipotens
fuit

S. F. E. B. Vita Sanctorum. 83

fuit ad cruces currentium certamen, eadem è crucis cathedrâ conciones, una morientium vox Iesum ac Mariam inclamantium, quæ cùm à Christianis astantibus redderetur, non potuit jucundior Dei auribus Echo accidere. Victoribus VRBANVS VIII. Pontifex triumphum decrevit, & Beatos pronunciavit. Ex Ioann. Hayo.

S. BERTVLPHVS CONF.

5. Februarii.

Divo BERTVLPHO vitâ dedit Germania, Gallia fidem sanam, Hâc & juventat omnibus ornamentis cultissimus adolescens facile in Comitâ Wainberti amicitiam, tum deinde familiam, denique filium est cooptatus. Mox cùm omnia ipsius administraret, quò rem familiarem augeret, non pauca iis, qui cum fœnore olim redderent, miseris dedit. Et profectò quò plura in hos dispensabat foris, hoc amplius domi opes crescebant. Neq; id Herus Comitem piiissimum latebat sed tamen aures hujus obsidebant obtestatores, qui etiam hodie in aulis, quidquid accedere pauperibus vident, sibi putant decedere. Et forte foras prodire ad Numimularios suos BERTVLPHVS properabat vino & pane oneratus, cùm obvius rogat Herus quid rerum gerat? Aquam, ait ille, & ligna,

F. 2.

simul